

Tcmum , tribus aliis ejusdem argumen-
ti adjungendum. Indiget sane is , si quis
meorum operum alias , Vindice ac Pa-
tronu æque sapientissimo & benignissi-
mo , cui committatur tractata a me
causa Summi illius Pontificis , rebus qui-
dem præclare gestis apud utramque Ec-
clesiam , Occidentalem & Orientalem ,
commendati , ab iniquo tamen illo præ-
judicio vindicandi , quo dicitur ac tene-
tur a nonnullis , aut in errorem Mono-
thelitarum incidisse , aut saltem illum-
fovisse , sive in eo profligando debitam
curam operamque non contulisse. Ho-
norium dico Romanum Pontificem ,
quem ipsi olim Monothelitæ suum fui-
se mendaciter ajebant : quem e contra-
rio acerrimi Monothelitarum ejusdem
sæculi impugnatores , causa cognita , ab
omni hærefoes suspicione vindicabant :
quem denique scripta ipsa , in medium
Sextæ Synodi OEcumenicæ producta ,
si diligenter accurateque inspiciantur ,
& ad juris trutinam revocentur , de-
mon-